

datum ipsis publicatum fuerit, in premissis inobedientibus extiterit, dictam penam debeat incurrisse eo ipso ac pro tali haberi. Et si quis ex concubinariis huiusmodi ad tam fedissimum concubinatus vicium redierit aut id inceperit, illum talem eciam absque ulteriori declaracione ab ingressu ecclesie et eciam 'perceptione fructuum beneficiorum suorum', que habuerit, 'suspensum esse' volumus atque eciam declaramus<sup>1)</sup>, mandantes insuper capitulis ecclesiarum dicti opidi sub interdicti late sentencie pena, ne a tempore sciencie illis, qui huiusmodi nostris mandatis non obedierint, de fructibus beneficiorum suorum et cotidianis distributionibus, quantum in eis fuerit, faciant aut permittant responderi et divinis interesse. Quod si contrarium fecerint, ex tunc eorum ecclesias ac totum opidum Aquense predictum in notoriis iuris et facti eo ipso ecclesiastico supposita esse volumus atque supponimus strictissimo interdicto. Et ne decepcion in hiis locum sibi vendicet, sub pari suspensionis pena precipimus omnibus et singulis dictarum ecclesiarum canonicis beneficiatisque et clericis opidi Aquensis secularibus et regularibus, quatenus omnes et singulos, qui huiusmodi nostris mandatis iuxta ipsorum tenorem non obedierint infra triduum a tempore sciencie, capitulo eccliesie, ubi talis concubinarius beneficiatus fuerit, aut alias superiori eius, si in collegiatis ecclesiis beneficiatus non fuerit, fideliter denunciare teneantur.

Ut eciam huiusmodi concubiniorum concubine a tanto malo cicius retrahantur, omnes talium concubiniorum concubinas similiter moneri et requiri volumus moneamusque et requirimus per presentes, ut mox post noticiam huiusmodi nostri mandati a suo concubinario recedant. Quod si infra triduum non fecerint, ex tunc illas in vita absque eciam alia declaracione pro excommunicatis quo ad hominum communionem haberi atque in morte ecclesiastica sepultura carere debere decernimus.

Volumus demum et dicta autoritate decernimus, quod huiusmodi nostri mandati executor sit dilectus nobis in Christo decanus ecclesie beate Marie virginis dicti opidi Aquensis et in eius absencia senior canonicus ibidem, quibus eciam sub dicta pena suspensionis a divinis districte iniungimus, ut ipsi hoc nostrum mandatum mox omnibus canonicis, presbiteris et clericis secularibus et regularibus, eciam exemptis, infra dictum opidum constitutis intiment atque publicent nosque eciam de hoc et, qualiter huiusmodi nostro mandato paritum fuerit, infra octo dierum spacium a data presentium computando, ubicunque constituemur, certificare ac deinceps annis singulis mandatum ipsum presbiteris et clericis prefatis publicare et ad execucionem penarum in hoc presenti mandato contentarum procedere teneantur.

Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatam nostram sentenciam incurrint, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. Datum usw. 50

<sup>1)</sup> *Textanlehnung an das Basler Konkubinarerdekret von 1435 I 22; COD 486 Z. 13f.*

*NvK an den Lütticher Kanoniker Arnoldus de Witte.<sup>1)</sup> Er beauftragt ihn mit der Prüfung und eventuellen Bestätigung mehrerer Vergünstigungen, die B. Johann von Lüttich und die zuständigen Pfarrherren der Priorin und dem Konvent vom Orden der Regularkanoniker des heiligen Augustinus im Hause Sinte-Luciëndal vor Sint-Truiden über ihr Klosterleben, die Visita-*

<sup>1)</sup> *Vizedekan; de Theux de Montjardin, Chapitre II 200f.; Abert-Deeters, Repertorium Germanicum VI 37 Nr. 344.*

*torwahl und die Vereinigung des Schwesternhauses beim Brunnen Steynaert (Hieronymusdal) mit ihrem Hause erteilt haben. Im Falle der Bestätigung bewilligt NvK ihnen alle Privilegien der Windesheimer Kongregation.*

*Kop. (Ende 15. Jh.): BRÜSSEL, Arch. Gén., Kerk. Arch. Brab. 15076 (s.o. Nr. 1643) f. 43<sup>v</sup> (alt: 41<sup>v</sup>) (= a) und f. 71<sup>r</sup>-72<sup>r</sup> (= b), jeweils als Insert in Nr. 1900 von 1451 X 17. Abgekürzte Zitierung in der Kopie von Nr. 1882. Diese und die weiter unten folgenden Urkunden für Sinte-Luciëndal gelangten in das Kopiar von Sint-Maartensdal, weil der Prior von Sint-Maartensdal seit 1475 Visitator von Sinte-Luciëndal war; Paquay, Kerkelijke Privilegiën 56; Paquay, Sinte-Luciëndal 41; Persoons, Enkele Nota's 113 Nr. 18.*

*Druck: Paquay, Kerkelijke Privilegiën 48f. Nr. 106 (auszugsweise und missverständlich).*

*Erw.: Paquay, Documents pontifcaux 175; Paquay, Sinte-Luciëndal 39; Persoons, Enkele Nota's 110f. Nr. 12 A; Monasticon Belge VI 264 (Persoons).*

*Der z.T. etwas eigenwillige Stil deutet auf mehr oder weniger starke Beteiligung des NvK an der Textabfassung hin.*

Ex sedis apostolice legationis officio nobis iniuncto curis perurgemur assiduis, ut iuxta credite nobis dispensationis officium singularum sub regulari observancia agnum immaculatum comitancium personarum, presertim qui mortalis viri spreto thoro sposo, cui se vovere, celesti mente perhenni actu habituque applicari satagunt, in quarum utique prosperitate reficimur, quantum nobis ex alto 5 permittitur, statui et indemnitatis salubriter consulamus et hiis, que pro divini cultus et religionis augmento provide facta compemus, ut illibata persistant, legationis nostre tamen a nobis munimini adiciendo vigorem nostre imparciamur vigilancie curas, quod personarum earundem status huiusmodi vigeat dirigaturque continuo ad subsistenciam salutarem.

Sane pro parte in Christo nobis dilectorum priorisse et conventus domus Vallis sancte Lucie 10 prope et extra opidum sancti Trudonis ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Leodiensis dyocesis nobis nuper exhibita peticio continebat, quod cum olim reverendus in Christo pater dominus Iohannes episcopus Leodiensis predictam domum in domum conventualem sub perpetua clausura et observancia ordinis sancti Augustini canonicorum regularium sub certis modis et condicionibus honestis et convenientibus auctoritate ordinaria instituit et erexit, ita quod dilecte nobis in 15 Christo sorores dicte domus, que erant et essent pro tempore, deberent et tenerentur sub regimine unius priorisse in communi in dicta domo perpetuo domino famulari<sup>2)</sup>, cum potestate eciam eligendi in visitatorem ac provisorem dicte domus unum religiosum ex monasteriis dicti ordinis in eadem dyocesi consistentibus, quando fuerit oportunum, qui earum defectus et excessus corrigere habeat<sup>3)</sup>, primo, et deinde idem dominus episcopus per certas alias suas litteras eidem domui aliam parvam 20 domum in eodem opido consistentem prope fontem dictum Steynaert, 'De Swesterenhuys' nuncupatam, ut saltem tempore necessitatis sive gwerrarum possent et valerent ad illam habere recursum, perpetuo incorporavit, annexit et univit<sup>4)</sup>, in hiis omnibus licencia et consensu rectorum parochialium ecclesiarum, sub quibus dicte domus, intervenientibus et certis censibus eis assignatis pro iuribus eorundem<sup>5)</sup>, prout in predictis litteris et aliis litteris desuper confectis episcopi et eciam rectorum parochialium ecclesiarum earundem sigillis munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte 25

3) presertim fehlt a 4 satagunt: satagunt personarum b 5 et(2): ex ab 16 domino famulari: famulari domino a 19 suas litteras: litteras suas a 20 Steynaert: Steynart b Swesterenhuys: Zwesterenhuys b 23-25 sub — ecclesiarum fehlt a

2) Errichtungsurkunde B. Jobanns von 1421 VI 14; Persoons, Enkele Nota's 104f. Nr. 5; Monasticon Belge VI 263.

3) Gewährung freier Visitatorwahl aus Ordensprioren in der Diözese Lüttich durch B. Johann 1450 III 24; Persoons, Enkele Nota's 108 Nr. 11A; Monasticon Belge VI 264.

4) Auftrag zur Vereinigung der beiden Häuser durch denselben 1450 V 16; Persoons, Enkele Nota's 109 Nr. 11B; Monasticon Belge VI 264.

5) Bestätigungen durch den Pleban der Pfarrkirche St. Jan Baptist bei Sint-Truiden 1422 I 7; Persoons, Enkele Nota's 105 Nr. 6; Monasticon Belge VI 263. Desgleichen 1437 III 5; Persoons, Enkele Nota's 107f. Nr. 8. Desgleichen durch den Investiten der O. L. Vrouwkerk in Sint-Truiden 1450 V 21; Persoons, Enkele Nota's 109f. Nr. 11D.

earundem priorisse et conventus, que, ut asserunt, modicos redditus habere dinoscuntur et de laboribus manuum suarum necessario habent vivere, fuit nobis humiliter supplicatum, ut predictis institutioni, erectioni, incorporationi, annexioni et unioni et aliis premissis robur nostre confirmationis adicere et alias eis in premissis providere oportune dignaremur.

Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate legationis nostre, qua fungimur in hac parte, discretioni tue per hec scripta committimus et mandamus, quatinus de premissis omnibus et singulis et eorum circumstaciis universis auctoritate nostra diligenter te informes et si ita esse et illa pro divini cultus et religionis augmento et alias rite facta inveneris, super quo tuam conscientiam oneramus, institutionem, erectionem, incorporationem, annexionem et unionem predictas et alia omnia inde secuta eadem auctoritate nostra rata habentes et grata, ea approbes et confimes.

Et nichilominus, si approbationem et confirmationem predictas presentium vigore per te fieri contingat, nos dicte priorisse et sororibus, quod omnibus et singulis indulgenciis, indultis et privilegiis, quibus prior et conventus monasterii in Wyndesem dicti ordinis Traiectensis dyocesis utuntur et gaudent, eciam uti et gaudere possint et valeant, et quod predicte priorissa et conventus in domo infra opidum huiusmodi aliquas sorores professas et velatas de earum conventu sub clausura et observancia similibus de consilio earundem confessoris ponere illasque revocare et loco illarum alias deputare, quociens eis videbitur expedire, eadem auctoritate nostra tenore presentium indulgemus, non obstantibus premissis necnon constitutionibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus domus et ordinis predictorum iuramento, confirmatione vel quavis alia auctoritate roboratis ceterisque contra- riis quibuscumque.<sup>6)</sup>

29 eis fehlt a    33 illa: ita b    41 opidum fehlt b    44 statutisque: statutis a.

6) Zum weiteren Fortgang s.u. Nr. 1882.

**zu 1451 Oktober (bis 5), Aachen.<sup>1)</sup>**

**Nr. 1847**

*Eintragung in der Cellerariatsrechnung des Kapitels von St. Marien in Aachen über Ausgaben für Bewirtung und Beherbergung des NvK.*

Or.: AACHEN, Domarchiv, Cellerariatsrechnung 1451/52 f. 6<sup>v</sup>.

Druck: Meuthen, Nachträge 447f.

Item propinata domino cardinali sancti Petri ad vincula legato diversis vicibus xxiiii<sup>or</sup> sext(aria) vini, quarta ad iiiii s.; fac(it) xxxii m. Item portanti vi s.

Item pro aliis expensis per dictum dominum cardinalem factis tam in domo domini cantoris<sup>2)</sup> quam in hospitiis xxiii flor. Renenses iiiii s. Colonienses, de quibus solverunt reddituarii urbis Aquensis pro media parte xi/, flor. Renenses ii s. Colonienses. Sic remanet totidem pro parte capituli, faciens in moneta Aquensi lxvii m. iiiii s.

<sup>1)</sup> Die undatierte Eintragung steht zwischen Posten vom ersten Sonntag im Oktober (3. Oktober) und vom folgenden Freitag (8. Oktober). Nr. 1849 gibt den Terminus ante quem für die Abreise des NvK aus Aachen und damit für das Ende seiner Gastung ebendort.

<sup>2)</sup> Petrus de Raederen, der die Kantorei 1443 durch Carvajal und NvK erhalten hatte; s.o. Nr. 561 mit Anm. 2. Vgl. auch unten Nr. 1948.

**1451 Oktober 5, Arnheim.**

**Nr. 1848**

*Eintragung in der Stadtrechnung von Arnheim über den von einem Gerit Hagen überreichten Brief des NvK.<sup>1)</sup>*